

De Ecclesia et eius Authoritate.

Ecclēsia est corpus Christi, sponsa Christi, regnū cœlorū. Paulus ad Ephesi.i. Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnē ecclesiam, quæ est corpus ipsius & plenitudo eius, q[uod] omnia in omnibus adimpletur. Ephes. i. . .

Ephe. iiiii. digne ambuletis uocatione qua uocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cū patientia supportantes iniucem in charitate, solliciti seruare unitatē spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus et unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unum baptisma. Vnus deus & pater omnium, qui est super omnes.

Canti. vi. Vna est columba mea, perfecta mea, una ē matris suæ, electa genitrici suæ. Canti. vi.

Cant. iiiii. Ortus cōclusus soror mea sponsa, ortus conclusus, fons signatus. Canti. iiiii.

Ad Eph.y. Mulieres uiris suis subditæ sint, Ephes. v.